

21. num. 33. ubi lepidum casum refert eujusdam Doctoris denunciati in Sancta Inquisitione, eo quia dixisset in Villa, in qua habitabat, non habenti uxorem licitum esse habere Concubinam vigore Sacrorum Canonum; super qua expressione interrogatus respondit, se intellexisse de uxore absque solemnitate ducta, juxta text. in cap. *si quis*, & cap. *Christiano*, dist. 34. Fuit tamen à S. Tribunali graviter objuratus ob propositionem; que histemporibus censetur scandalosa; & obligatus ad declarandum coram Parocho, & rusticis illius Villæ, quod olim per eisdem Canones nomine Concubinæ intelligebatur vera uxor, quamvis sine solemnitate; & Instrumentis legalibus ducta.

Tertium non obstat desumptum ex SS. Patribus veteris Testamenti, nam cum illis ex Dei dispensatione, ad multiplicandum populam fidem, licitum esset habere plures uxores; inter illas, que prior erat in dignitate, vocabatur Uxor, reliquæ dicebantur Concubine; sed erant veræ uxores; ut inter Theologos comprobat Emin. Card. de Lauræa d. tom. 3. tract. de Matrim. disp. 24. art. 7. & n. 149. & Matricus in 4. sent. disp. 7. n. 218. & 219. ubi rationem reddit justitiam hujusmodi dispensationis, ita ut Polygamia esset licita quoad maritum, non autem quoad uxorem. Et inter expositores Sacre Scripturæ, Tostatus, Lippomanus, Olearter, Deltius, Corn. à Lapide, & alii apud Serlogum in Cantic. tom. 3. vers. 34. num. 7.

Quartum non obstat, quia etsi inter Afros, & Hispanos antiquis illis temporibus grassaretur libido, & Concubinarum usus, ad eam explendam; attamen non fuit ab Ecclesia, neque à Sacris Conciliis approbatus, ut bene demonstrat Barbof. in d. cap. *si quis*, refellens commentitiam Mendozæ assertionem.

Quintum non subsistit, quia vel consideramus Jus civile ante receptam Christianam Religionem, & nulli mirum fì Romani, dum essent Gentiles, admittentibus Concubinas, l. 1. & tot. tit. ff. de Concubinis, Ricciol. de Personis in statu reprobat. d. lib. 3. tit. 1. n. 3. exemplo Hebræorum: Sed an ipsi Gentiles poterintur eadem dispensatione, ita ut licite uterentur Polygamia? disputat Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 80. num. 13. ubi DD. & Matricus in cit. disp. 7. de Matrim. num. 220. Vel consideratio cadit, postquam Imperatores Romani amplexi sunt Evangelium, & in hoc casu eorum leges non admittunt Concubinas, nisi quod ad successionem filiorum; secus etenim quod ad animam, & eternam salutem, quia Concubinariæ res solvit in fornicationem, quæ etiam de jure civili est prohibita, l. Imperialis, C. de Nuptiis, l. Phantomat, ff. Si il pueris quis fuer. man. l. 4. ff. de Condit. ob turpem causam. Ricciol. d. l. 3. cap. 8. n. 3. & 6. & Gratian. discept. for. d. cap. 51. n. 5.

Sextum est falsum: nam Concubinatus est contra charitatem Dei, quia est peccatum mortale, prohibitum à lege Divina; qui autem legem non servat, Deum non diligit, juxta illud Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. Jo. 14. 21. Et e contra: Qui non diligit me, sermones meos non servat, ibid. num. 24. S. Thom. 1. 2. q. 87. art. 4. Est enim contra charitatem proximi, nam offendit statum prolis nascituræ, quæ oritur cum nota ignominia, non delenda toto tempore ejus vitæ; incipax bonorum, dignitatum, & fidei commissorum, ita ut plures nothos, & spurios tædeat vivere, ut probat S. Thom. lib. 3. contra Gent. cap. 122. Scgner. part. 1. Cor. dist. Infrat. dist. 23. n. 4. & Gard. Paleot. de Nobis, & spuris cap. 65. per totum.

Septimum tandem cadit argumentum ab auctoritate Doctorum, permittentium retentionem Concubine in propria domo ejus, qui asserit, cum illa amplius non peccare, & siquidem eorumdem Doctorum sententiam, doctrinam, & opinionem, tam-

quam scandalosam, & erroneam, damnare Alexander Papa Septimus die 2. Septemb. 1666. ad Propos. 41. conceptam his verbis: Non est obligandus Concubinarius ad ejiciendum Concubinam, si hec nimis esset ad oblectamentum Concubinarij, vulgò Regalo; dum deficiente illo, nimis egrè ageret vitam; & alie epule ledio magno Concubinarij afficerent; & alia famula nimis difficilis inveniretur.

Et Sanctissimus D. N. Innocentius Papa Undecimus, qui Anno 1679. die 4. Martij pariter damnavit sequentes opiniones.

61. Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere: quinimmo directè, & ex proposito querit, aut ei se ingerit.

62. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugienda occurrit.

63. Licitum est querere directè occasionem proximam peccandi pro bono spiritali, vel temporali nostro, vel proximi.

Constat autem ex eisdem Decretis Pontificiis infirmam esse excommunicationem Papalem contra defendentes eisdem damnatas opiniones; & conceptum esse in virtute Sanctæ obedientiæ dissi-dere, & sub interminatione Divini iudicii omnibus Christiani fidelibus, ne easdem opiniones ad praxim deducant.

Quapropter concludendum, esse prius ejiciendum Concubinam; deinde Concubinarium absolvendum, & communicandum; & ita ego practicavi 40. ab 28 hinc circiter annis cum junior essem, cum quodam Concubinario, in periculo vitæ ob febrem mortalem constituto; qui licet egrè audisset resolutionem meam de eo non absolviendo, neque communicando ob existentiam Concubine in eadem domo; facta deinde ejectione, & receptis Sanctissimis Sacramentis, obivit in Domino, meum assensum flagitans, ac me exaltans corde interno, ob objectum demonem illum è domo sua.

DECISIONIS XXX.

Ad Junii secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Sciscitatur, an Sacerdos, qui commodè celebrare non potest, seipsum possit communicare, ex devotione?

SUMMARIUM.

- 1 Sacerdos extra Missam an seipsum possit communicare?
- 2 Sacerdotes olim non celebrantes communicabantur à celebrante.
- 3 Sacerdos extra Missam potest seipsum communicare, & non. 5. & 6.
- 4 Eucharistia olim concedebatur laicis, & Eremitis, ut seipsos communicarent.
- 7 Diacono præsentè, an Sacerdos possit seipsum communicare?
- 8 Eucharistia an possit deferri in casu mortis, absente Sacerdote, & Diacono, à simplici Clerico, vel Laico? remissio.

SECUNDUS CASUS.

Sacerdos ruri celebraturus neque hostiam, neque Parochum reperit; sed clavem ciborii. Queritur, an seipsum communicare possit, ut sue devotioni satisfaciatur?

Multi negarunt, plurimi affirmarunt, & pro utraque opinione tum rationum, tum Doctorum ingens numerus fuit relatus.

Quod

Quod non possit Sacerdos extra Missam seipsum communicare opinati sunt Filliue. to. 1. tract. 4. c. 9. n. 285. Armilla Verb. Communio n. 8. Cajetan. eod. Verb. Villalob. in Summa tom. 1. tract. 7. cap. 48. Novissimè Pasqualis in Theolog. tom. 2. disp. 108. n. 36. Horum rationes sunt. 1. Quia ex Concil. Trid. de Euchar. sess. 13. cap. 8. duo tantum sunt modi communicandi, unus à seipso celebrante in Missa, alter de manu Presbyteri. 2. Quia non celebrans, etsi Sacerdos, recipit communionem more laicorum, & sic eam debet recipere de manu alterius Sacerdotis. 3. Quia ovis est pascenda à Pastore; cumque non celebrans consideretur tamquam ovis, non à se, sed à Pastore est pascenda Eucharistia. 4. Quia si ob gradum Sacerdotale licitum esset Sacerdoti non celebranti propriis manibus se communicare, absente alio Sacerdote, id etiam sibi liceret præsentè altero Sacerdote; & tamen nemo audeat hoc asserere. 5. His rationibus addenda est non contentanda eruditio deprompta ex studio antiquitatis; scilicet, quia in primitiva Ecclesia plurimi Sacerdotes, qui quotidie non celebrabant, nihilominus communionem sacram accipiebant, non suis manibus, & à seipsis, sed de manu alterius Sacerdotis. Cafalio de Veterib. Sacris Christianis Ritibus part. 2. cap. 15. Novissimè Mabilon. de Liturgia Gallicana lib. 1. cap. 6. num. 2. Et in Pref. ad seculum Benedictin. 2. num. 36.

At è contra quòd possit Sacerdos, de quo in casu, sumere de per se Sacram Eucharistiam sustinet Diana part. 11. tract. 7. resol. 42. quæ est impressa in Opere Coordinato tom. 2. tract. 2. resol. 39. & ibi allegatur Leander, Dicaillus, Martinus de S. Joseph, Amicus, præter Sylvium, Homobon. Fa-gund. & Suarezium alios citatos per eundem Dianam part. 2. tract. 14. resol. 33. in d. tom. 2. & tract. 2. Coord. resol. 40. Quibus ego adjungo Bonacinam tom. 1. de Euchar. disp. 4. quest. 5. punct. 1. n. 13. Tamburin. de Commun. cap. 6. §. 5. Volpi in resol. Moral. Verb. Euchar. res. 59. n. 6. & Gonet. tom. 5. de Euchar. disp. 10. num. 19. Rationes eorumdem sunt. 1. Quia nullum jus hoc prohibet. 2. Quia si Sacerdos extra Missam potest aliis ministrare Eucharistiam; ergo etiam sibi ipsi, ne sit deterioris conditionis. 3. Quia in die Parasceves non consecrat, neque Sacrificium facit, & tamen se communicat. 4. Quia in Eucharistiæ administratione non est necesse, ut alter sit Minister à suscipiente; olim enim (ut dictum est supra) concedebatur Sacramentum laicis, & Eremitis, ut secum illud tenerent, & juxta suam devotionem sumerent. 5. Quia in Concilio Primo Nicæno can. 14. conceditur Diaconis, ut possint, absentibus Presbyteris, seu Episcopis sumere de per se Sacram Eucharistiam. Ecce verba dicti Canonis: Accipiant (Diaconi) Eucharistiam secundum ordinem post Presbyteros, ab Episcopo, vel à Presbytero. Quòd si non fuerit in presentè vel Episcopus, vel Presbyter, tunc ipsi proferrant, & edant. Quæ leguntur etiam apud Cotonium lib. 2. contron. 4. cap. 7. num. 160. Ergo si id concessum est Diaconis, non est negandum Presbytero, si alii absint Sacerdotes, siquidem & ipse est Diaconus.

Hæc ratio est fortissima, & hæc opinio affirmativa est communior, quam etiam amplectuntur (cessante scandalò, & urgente aliqua rationabili causa, qualis est illa simplicis devotionis) idem Coron. d. cap. 7. num. 157. Colleg. Salmatic. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 9. n. 18. Layman. lib. 5. tr. 4. cap. 7. n. 6. Emin. Card. de Lugo de Euchar. disp. 18. num. 28. & Emin. Cardin. de Lauræa de Euchar. disp. 24. art. 5. n. 67. & 68.

Neque urgent multum rationes contrariæ: Ad primam enim, & secundam respondet Presbyterum, de quo in casu, communicantem recipere Commu-

nionem à Sacerdote, qualis est ipse. At tertiam pacis à Summo Pastore Christo Domino, cuius ovis est idem Sacerdos. Ad quartam, cum alii Sacerdotes sint presentès, à quibus communicari possit, cessare necessitatem, cujus intuitu dicimus posse semetipsum communicare. Ad quintam, praxim antiquam non offere casu nostro; siquidem tunc Sacerdotes non celebrantes communicabantur ab aliis, quia alii Sacerdotes non deficiebant, sed erant presentès, quod cessat in casu nostro. Hinc antiquitus erat in usu, ut Anachoretæ, & alii incolas Eremos retinerent apud se Sacram Eucharistiam, & deficientibus Sacerdotibus eam acciperent à seipsis, ut legitur apud Emin. Bonam Res. Liturg. l. 2. c. 17. n. 4. Mactrum in Hierolex. Verb. Eucharistia. Emin. Card. Baronius Anno 57. & ibi Spondan. num. 44. Et nos infra Decis. LXII.

Ex his supracitati Auctores proponunt duo alia quesita; Unum, an presentè Diacono, teneatur Sacerdos recipere de manu illius Sacram Communionem? Alterum, an in casu mortis, deficiente Sacerdote, ac Diacono, possit Clericus simplex, & etiam merus Laicus deferre Viaticum Eucharisticum moribundo? Et pro utroque quesito alii Doctores negant, alii vero affirmant; Lector recurrit ad Gobatum in sua Exprim. Theol. tract. 4. à num. 443. & segg. ad Lezanam consul. 48. n. 83. & ad ea, quæ dicuntur infra in secundo casu Mentis Augusti. Decis. XXXIX.

DECISIONIS XXX.

Ad Julii Casum Prudentiale.

ARGUMENTUM.

Offenditur, An Sacerdos communicandus extra Missam debeat habere Stola? Declarantur, quid essent Stola apud Hebræos, & apud Romanos? Quid sint apud Venetos, & apud Ecclesiasticos? Agitur de Stolis, quas portant Parochi Patavini collegialiter incendentes, in signum quòd olim erant, & adhuc sunt de gremio Ecclesiæ Cathedralis. Quare idem Parochi non præcedat Capellanus ejusdem Cathedralis in Processionibus? Obiunguntur prærogativæ, quas habet Parochus ob Stola in functionibus Parochialibus, & præcipue in funeribus, & exequiis defunctorum. Tandem deciditur, an omnes Ecclesiastici teneantur de Præcepto, feria Quinta in Cæna Domini, communicare?

SUMMARIUM.

- 1 Stola apud Hebræos erat vestis virilis, tegens totum corpus, à collo usque ad talos.
- 2 Medi utebantur Stola, id est veste oblonga.
- 3 Sacerdotes Hebræi utebantur Stolis lineis. Alii Levite Laneis.
- 4 Stola apud Romanos erat Vestis muliebri.
- 5 Octavio Ferraricus Lector publicus Patavinus laudatus.
- 6 Aureo mulierum etiam antiquitus forebantur.
- 7 Stola apud Venetos est panis segmentum oblongum, dorantali latitudine.
- 8 Equitibus titulo Veneti Senatoris ornati Stola limbo aureo ornamta deferunt.
- 9 Parochi Patavini Doctores portant Stola cum pellicibus peregrinorum murium in limbo.
- 10 Parochi Patavini sunt de gremio Ecclesiæ Cathedralis, & plures in anno intrant in Chorū ad publicas preces.
- 11 Parochi Patavini quare non habeant præcedentiam cum Capellanis Ecclesiæ Cathedralis?
- 12 Stola apud Ecclesiasticos quid sit? & n. 13.

- 13 Orarium quid sit? & num. 16.
- 14 Stola intelligitur appellatione Orarii.
- 15 Stola quare vocetur Orarium? & n. 19.
- 16 Monachis olim prohibita sudariola ad delicias.
- 17 Orarii, idest Semicinctis lineis utebantur olim ministrantes in mensis.
- 18 Stola secundum Theologos significat Divinam gratiam; ac alia plura.
- 19 Stola secundum Canonistas innuit dignitatem Sacerdotalem.
- 20 Stola in Parocho significat jurisdictionem.
- 21 Parochus in funeribus habet precedentiam super Capitulo Ecclesie Collegiate; nisi consuetudo sit in contrarium.
- 22 Parochus non potest impediri a Regularibus, ne ingrediatur eorum Ecclesias cum Stola, & Cruce, dum associat funus sui Parochiani.
- 23 Novitates presumentur male, & parium discordias.
- 24 Stolan pendentem à collo debet habere Sacerdos communicans extra Missam sub pena peccati mortalis. Contrarium n. 31. & 35.
- 25 Excommunicatio non fertur, ubi non est peccatum mortale.
- 26 Rubricæ Ritualis habent vim legis.
- 27 Lex Ecclesiastica obligat ad culpam mortalem.
- 28 Sacerdotes extra Missam Patavi communicantes habent Stolan.
- 29 Hortatur Verbum in re gravi habet vim præcepti.
- 30 Doctorum plurimum opinio ex eorum multitudine non excusat à mortali.
- 31 Ecclesiastici tenentur se communicare in feria V. Cæne Domini.
- 32 Sacerdotes, non habentes beneficium Ecclesiasticum, non tenentur communicare in feria V. Cæne Domini; Sed celebrare in Paschate.
- 33 Consuetudo est licita celebrandi in feria V. Cæne Domini aliquam Missam privatam in Capellis, vel Oratoriis.

CASUS PRUDENTIALIS.

AN Sacerdos communicandus extra Missam debeat Stolan ad collum appensam habere? Et an feria Quinta in Cæna Domini omnes Ecclesiastici de præcepto teneantur intra Missam Solemne communicare.

DUAS habet partes Casus iste: Unam de adhibenda Stola in receptione Sanctissimæ Communionis per Sacerdotem. Aliam de Communione Cleri in Quinta feria majoris hebdomadæ.

Circa primam partem, ad ornatum materię duo pariter sunt examinanda. Unum quid sit Stola? Alterum quid significet?

Quoad primum, scire oportet, aliam fuisse Stolan apud Hebræos, aliam apud Romanos, aliam apud Venetos, & aliam apud Ecclesiasticos.

- 1 Apud Hebræos Stola erat vestis Virilis, talaris, honorifica, qua tegebatur totum corpus à collo usque ad talos; & ea utebantur Viri, ut testantur plura exempla Scripturæ Sacræ; nam cùm Phærao constitisset Joseph super univerfam terram Ægypti, Vestivit eum Stola byssina. Gen. 41. 42. Cumque ipse Joseph se manifestasset fratribus suis, ipsique reverenti essent ad patrem suum Jacob, tunc Joseph Virgiliis quoque proferri iussit vinas Stolas: Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque Stolis optimis. Gen. 45. 22. Similiter cùm Rex Assuerus creverisset honorare Mardocheum, dixit Amāno: Festina, & sumpta Stola, & equo fac ut locutus es Mardocheo Judeo. Tulit itaque Aman Stolan, & equum, indutumque Mardocheum in platea Civitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat, &c. Esther. 6. 10. Et omnibus aliis, cùm Filius prodigus pœnitens reversus esset ad Patrem, Dixit Pater ad

servos suos, cito proferre Stolan primam, & induite illum. Luc. 15. 23. Qui quidem mos vestiendi Stola insignes viros apud Hebræos, vel fuit per eisdem acceptus à barbaris nationibus; vel ad easdem ab illis transivit; nam etiam Medi utebantur Stola pro vestitu, quam Cyrus transtulit ad Persas, teste Xenophonte l. 8. de Cyro, ita scribente: *τοιαύτην Μείδωσαν ἴσπερ ἴσπερ ἴσπερ; & ut familiares ea uterentur persuasit. Hac enim ei visā occulente, si quis defensionem aliquam haberet in corpore, (eō quia erat vestis fluxa, & cadens ad pedes) Præterea illa indutos pulcherrimos, & maximos conspicit; hoc est decorum, & amplitudinem stature augere. Et concordat Diodorus Siculus lib. 2. narrans, Arbacem, qui primus ex Mediis Assyriorum imperium, defuncto Sardanapalo, occupavit, indutum Regia Stola Regem appellatum fuisse.*

Porrò Hebræi Sacerdotes utebantur Stolis lineis, non etiam alii Levitæ, quorum Stolæ erant laneæ, donec à Rege Agrippa de factò, & contra instituta legis patriæ fuerunt etiam Levitis lineæ Stolæ concessæ, ut scribit Joseph Flav. lib. 20. antiq. cap. 17. his verbis: *Levitica Tribus homines, quorum erat sacerdos hymnos in templo canere, adito Rege (Agrippa) induxerunt eum precibus, ut advocato Concilio, decerneret eis usum Stole lineæ, que tunc solis erat concessa Sacerdotibus: hanc enim innovationem pertinere ad perpetuam ipsius Regni memoriam. Neque frustra fuerunt eorum postulatò; Rex enim de Concilio sententiam permisit hymnorum Cantoribus, ut, deposito priori habitu, lineam, ut voluerunt, jumerent. Quod etiam observavit eruditiss. ac Emin. Card. Brancantini in O. pusc. de Benedic. Diaconali pag. 332.*

Apud Romanos, è contra, Stola erat Vestis muliebri, juxta magistratè responsionem Vulpianii Jurisconsulti in l. Festis. 25. ff. de Auro, & Argent. leg. 4 in qua cùm dixisset: *Vestimenta omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria; Explicans, ea que spectabant ad mulieres, primo loco nominavit Stolas, ita scribens: Muliebria sunt, que Matris familias causa parata sunt, quibus Vir non facit uti potest sine vituperatione, veluti Stole &c. Idcirco Octavianus Ferrarius, (in 5 quo nostris temporibus adeo floruit eruditio Græcæ, ac Latine lingue, & à quo Lyceum Patavinum voce, & typis suis decoratum) lib. 3. de Re Vestiar. cap. 17. definit, quòd Ingenuarum, & honestarum Matronarum propria Stola fuit; tunica scilicet manicata, sive manulenta ad plantas fluens, purpurea, segmentis, sive limbis aureis ornata; eademque multis rugis, ac plicis constructa. Et adfert testimonium Martialis irridentis quamdam vetulam utentem ampla Stola his verbibus: *Cùm tibi trecenti consules Vetuflina, Et tres capilli, quatuorve sint dentes, Rugosiorum geris Stola frontem.**

Sic Cicero redarguens effeminatos mores Marci Antonii; Philipp. 2. ait, *Sumptus virilem Togam, quam statim muliebrem Stolan reddidisti. Et Tertullianus lib. de Pallio vituperans Achillem, morantem inter feminas, dixit: Ille serarum medullis educatus, sustinet Stolan funderè, comam fruerè, speculum consulere, aurem quoque foratè emarginare. Pari modo Seneca de Beata Vita cap. 13. de Epicuro loquens per ironiam, subdit: *Hoc talis est, quale Viri foris Stola induit. Itaque Stola erat vestis, & propriè Vestis Muliebri apud Romanos, nam & Calligula vocabat Liviam Ulpissim Stolan; & Valerius Maximus scribit de Matre & Uxore Coriolani lib. 5. cap. 11. In quarum honorem, Senatus Matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit. Sanxit namque ut feminis sinita Viri cederent consensu plus salutis Republice; StOLA, quam in armis fuisse. Vitruvius quoque ostendit Stolan fuisse vestem feminilem, loquens de Carvaticibus lib. 1. cap.**

his

his verbis, *Oppido orto, viris interfecit, matronas eorum in servitutem abduxerunt; nec sunt passi STOLAS, neque ornatu matronales deponere.*

Apud Venetos Stola est panni Segmentum oblongum dorantali latitudine, quod sinistro humero injicitur. Olim enim pro capitis integumento erat, inferiori parte in humeros, & dorsum decoro fluente, que vulgò Capucia dicebantur, nempe cuculli; sed postquam pilei rotundi in usum venerunt, eadem res ornamenti causa servata est, & à Venetis Patrietis vocatur Stola; quam limbo auro exornant, qui à Senatu, vel Regibus titulo Equitis sunt decorati, & ex purpure auro contexta efformatam portant, cum Senatores rubeas togas induunt, quod notat idem Ferrarius in Anal. de Re Vestiar. c. 16. in Dictionario de Origine Lingue Italice, Verb. Stola. Hinc non inutile advertere Congregationem Parochorum Paduæ adhibere ad ornatum satis consimilem Stolan, Capucium appellatum, quam in humero sinistro Parochi portant dum Cottam induunt,

& collegialiter procedunt, cum pellicibus peregrinorum murum in limbo, si Doctorale lauream possident; illam enim antiquitus debebant ad cooperiendum caput; dum ipsi nota ad divinam psalmodiam choram Ecclesie Cathedralis ingrederentur, una cum Canonicis, tamquam de gremio ejusdem Cathedralis, & primi coadjutores in divinis officijs; quibus deinde ad Curam animarum in Ecclesijs filialibus Urbis dimissis, succedere novi Capellani, institui pro adimplendis pijs Legatis relicti cum onere Missarum, & residentie Choralis; retento tamen jure pro eisdem Parochos eisdem choram ascendendi pluries in anno, quamvis deperdito loco superiori stando, & deambulando in Processionibus, illoque modernis Capellanis acquisito; ex non bene deductis Juribus Parochorum in iudicio, quorum Advocati, excellentiorem statum pretendentes, antiquiorum verò originem, ac retentum jus gremij tacentes, liteam perdidit, in qua fuissent victores, si antiquitatem Parochorum in servitio Cathedralis, & jus interveniendi, quod adhuc in choro habent, tamquam membra ejusdem Cathedralis ostendissent. Rota coram Burato decis. 863. Bordon. in Theatr. Præcedentiè num. 128. Bichius decis. 556. Ludovijf decis. 284. Cæsar. de Panimol. decis. 1. annot. 17. Sed hæc obiter sint dicta.

Apud Ecclesiasticos autem Stola duo habet nomina, etiam unicum effert; siquidem appellatur etiam Orarium; & quid sit tum Stola, tum Orarium, licet unum sint, non ita planè potest definiti. Expediente docemus, Stolan nostram non esse vestem, sed veluti torquem à collo per humeros ad pectus pendentem, & usque ad genua descendentem. Nihilominus Orarii nomine, (quod est idem ac Stola) intelligi vestem clericalem, indicat tex. in cap. Ut Presbyteri 17. q. 4. ubi ex Concil. Triburienti statuatur, *Ut Presbyteri non vadant, nisi stola, aut Orario induati, vel si in itinere spoliatur, aut vulnerantur, vel occiderunt non Stola vestiti, simplici emendatione solvantur; si autem cum Stola triplici. Non enim est vestis, quod per Vicos, & plateas, ac etiam per longa itinera Presbyteri teneantur deferre Stolan, nostri temporis à collo pendente; sed potius, incedere cum veste clericali, quam significare illi Patres voluerunt, didicis vocare Stola, & Orario; quod aptius videtur invenire tex. in Nullus 2. q. 4. sic dicens: *Nullus eorum, qui communerantur in clero, vestimentum inducere habeat, sive in civitate degent, sive in itinere ambulans: sed Stola utatur, que concelebrata fuit Clericis. Ubi glossa in d. Verbi Stolis, ait: *idest Vestis talari.* Ergo Stola apud Ecclesiasticos de notat vestem talarè, ad quam allusit alia glossa in l. 2. c. Nulli liceat in frenis lib. 11. ubi comparativè loquens ad vestimenta aliarum personarum, dicit: *Chlamys militum, Purpura Regum, Toga Advocato-***

rum, Habitus pascorum, Cuculli Monachorum, Stola Sacerdotum.

Cæterum nomine Orarii Stolan, quæ nunc utimur, intelligi omnes Ecclesiasticos circospectos testificantur, *Gemma anime l. 1. c. 204. Deinde circumdat collum suum Stola, que Orarium dicitur.* Rabanus Maurus lib. 1. c. 19. *Quintum est, quòd Orarium dicitur, licet hæc quidam Stolan vocent.* Alcuinus de Divinis officijs c. 39. *Sequitur Orarium, idest Stola.* Et addiuntur veterum Conciliorum Patres, à quibus multa de usu Orarii sancta sunt, quæ satis superque constat ad Stolan nostris temporis pertinere, ut ex exemplis relatis per Macrum in Hierosol. Verb. Orarium, & novissimè per Emin. Card. Bonam lib. 1. Rerum Liturg. c. 24. n. 6. & Octavium Ferrar. in Anal. de Re Vestiar. c. 23. qui sentire videntur, quod constet ad Stolan nostram, seu Orarium, fuisse quidem vestem oblongam, Ecclesiasticam, totum corpus ambientem, qua induti Presbyteri sacra faciebant, ac deinde, cùm fuerit introducta Alba (quam Camillum appellamus) & Planeta pro usu Sacrificij, Stola antiqua mutata est in torquem, ut expressè docet Durand. in Rational. Divin offic. lib. 3. cap. 5. Sed retinuit hanc nomenclaturam à fascia, quæ in limbo Stolæ antiquæ affuta erat, cujus fasciæ latitudinem imitatur Stola nostri temporis, retento totius vestis nomine in parte infima illius, ut consicit Vincen. Ricard. in Comment. ad Orat. 6. §. Procli, & observat Baylus de Re Vestiar. c. 17. atque admittit Emin. Card. Bona d. c. 24. n. 6. & Mabillon in Liturg. Gallic. lib. 1. cap. 7. num. 1. in fine.

Nec ignorandum, antiquibus Orarium nihil aliud fuisse, nisi Sudarium, strophium, aut linteolum, quo facies abtergitur, teste Flavio Vopisco in Aureliano scribente; ipsum primum donasse Oraria populo Romano, quibus uteretur ad favorem, quia videlicet sublati in altum Orarii, consuebantur obtendere favoris signum, & Regem venerari. Ac D. Ambrosius in Oratione, quam habuit in obitu Satyri fratris sui, dum describens tempestatem, qua jactabatur, dicit, *Durandum, inquit, fidelium Sacramentum ligari fecit in Orario, & Orarium involvit collo, atque ita se deiecit in mare, quo loco Orarium non Stolan, sed linteum significat, non enim Stola pertinebat ad Satyrum, qui laicus erat. Idem deprimunt ex Sancto Ambrosio Epist. 54. De miraculis SS. Gertrudis, & Protasij, ubi: *Quam Oraria jactantur, & talis ipso medicabilia resposcuntur.* Et ex Sancto Augustino lib. 22. de Civit. Dei c. 8. ubi: *Oculum lapsum ligavit Orario.* Sed quæ relatio Orarii antiquorum ad modernam Stolan? erant Oraria, ut dictum est, Sudaria, & linteola, magis longa, quam lata instar fasciæ; cujus aliquam similitudinem representat nostra Stola, obtinuit vocari Orarium; & Sudaria illa vocata sunt Oraria, ab ora vestis, quam antiqui adhibebant ad tergendam faciem, atque quam linteola in usu essent; unde Plautus in Mercatore Act. 1. Scena 2. *Sume laciniam, partem scilicet extremam vestis, atque absterge sudorem tibi.* Ita Mæcer in Hierosol. d. Verb. Orarium. Et Card. Bona d. lib. 1. c. 24. n. 6. Hinc prohibentur erant antiquis Monachis Oraria, sive cum retinere, c. Monachor. 27. q. 1. idest Sudariola ad delicias, quæ non conveniebant penitentibus viris.*

Porrò Stolan etiam appellatur Orarium, quia datur Oratoriibus, idest, Diaconis Evangelium predicantibus; vel à Verbo Græco *ωρα*, quod significat observo, seu custodio, nam Diaconis debebant diligenter observare, & custodire, que fiebant in Sacris Mysterijs, vel ab Ora; quia iidem competebat indicere tempus orandi, & prædicandi, existimat Hierosol. & Card. Bona ubi supra ex Alcuino, Rabano Mauro, Beda, & aliis. Pletet tamen opinio Octav. Ferrarii in Anal. de Re Vestiar. cap. 16. observantis, Oraria antiquorum verè, & pressim fuisse femicinctia lineæ, quæ ponebantur in humero ministranti ad mensas,

vel

vel quibus cingebantur ad pectus ad abstergendas manus; cumque Diaconi essent ministri Mensæ Sacræ; qui ad intervendum accedebant cum linteis, siue fomiciis ab humero sinistro pendebantibus; idcirco eadem lintea, vel fomiciis sacra vocata sunt *Oratoria* ad imitationem antiquorum; et etiam *Stolæ* dicitur, quod erant humero injicere. Et hæc de quidditate Stola.

Alterum, quod restat præmittendum, & examinandum est, Quid significet Ecclesiastica Stola seu Orarium? Et equidem aliud secundum Theologos, aliud secundum Canonistas significat. Primi notant per Stola significari gratiam Divinam, qua homo recuperat innocentiam perditam in Adam. Ita ex SS. Hieron. Aug. & Beda. *Barradas in Evang. top. 3. lib. 3. c. 21. Verj. Citò proferte Stola primam*. Item *Jugum Christi*; & idcirco deferunt super utroque humero. *Humilitatem*, quia tendit ad genua. *Fortitudinem*, sique ab humeris descendit ad utrumque latus. *Perserverantiam in virtutibus*, & ita colligatur circulo. *Obedientia Evangelii*, idcirco osculatur, dum collo apponitur. *Contemptum Mundi*, per transversionem super pectus in signum Crucis, ex quo *memoriam Passionis Domine* in prosperis, & adversis, orationem, & *predicationem*, aliasque virtutes, quas ex Alcuino, Rabano, Amalario, Ivone, Gemma, & D. Bonaventura colligunt Durand. de *Divinis Offic. d. lib. 3. cap. 5. Gavant. in Exposit. SS. Sacramenti Altar. lib. 2. cap. 1. Gavant. in Rubr. Miss. par. 2. tit. 1. in Exposit. Tropolog. Et Paulus IV. in eisdem Rubr. par. 1. tit. 19. sub num. 7.*

At secundum Canonistas dignitatem Sacerdotalem Stola significat, dum deferunt ad simplici Presbytero in celebratione Missæ, Vesperarum, Laudumque solemni, summptionis Communions extra Missam (de qua infra) in fermocinatione, vel oratione coram expolita SS. Eucharistia; aut dum exercet munus hebdomadarii, cantatue Martyrologium in Vig. Nativitatis Domini, siue aspergit aqua benedicta populum die Dominico, vel Sabbato Sancto *d. c. Ecclesiastica. dist. 23. S. Thom. 3. p. suppl. art. 7. in corp. Pignatell. tom. 3. conf. 48. n. 40.* Quando verò Parochus Stola utitur in administratione Sacramentorum, in Processionibus; & in exequiis defunctorum significat Jurisdictionem. *Gloss. in l. Unica, Verb. Fidei. C. Nulli licere infrangi. lib. 11. Gratian. Disceptat. forens. cap. 298. n. 64. Pignatell. tom. 3. conf. 48. n. 2. Et per consequens Parochus in functionibus Parochialibus, & præcipue dum comitatur funera suorum Parochianorum, indutus Stola, debet habere præcedentiam super quoscunque alios Clericos ibi intervenientes, etiamsi essent Canonici Ecclesiæ Collegiatae cum eorum capitulo; ut decisum refert Theodof. Rubeus in Singularibus. tom. 2. part. 4. de Præcedent. n. 84. relatus etiam inter Discept. forens. Gratiani d. c. ubi legitur Decretum S. Congr. Rituum diei 14. Octobris 1609. Et idem esse decisum ad favorem Parochi contra alias Ecclesias Collegiatas in Spoletana 21. Aprilis 1635. & in Laudan. 23. Maji 1639. testatur Pignatell. tom. 7. consult. 46. n. 5. undè non sunt audiendi contrarium scribentes Barbof. de Can. & dignit. c. 18. nu. 67. Antonell. de Regim. Militan. Eccles. lib. 3. cap. 18. n. 21. & Ceccoper. de Can. lib. 1. n. 202. nisi dicamus, eorum opinionem habere locum, ubi legitima consuetudo sit contra Parochum, ad tradita per eundem Gratian. d. c. 298. n. 8. Marchettum in Praxi Vicar. Capit. tit. 5. n. 13. & Pignatell. d. conf. 48. n. 14. & 20. ubi fortissimis rationibus, & punctualibus decisionibus ulterius demonstrat, Parochum impediri non posse à Regularibus, quin cum Stola indutus, & cum Cruce ipse quoque ingrediatur eorum Ecclesiam cum cadavere sui Parochiani defuncti, & assistat exequiis, dummodo permittat, officium fieri super defuncto ab*

isidem Regularibus, ut servatur hic Patavii ab immemorabili; quam cùm impugnatur conati essent nonnulli, paucis ab hinc annis, coacti fuerunt per Patrochos, medio juris, abstinere à novitatibus, quæ semper præsumuntur mala. *Rebuff. in Rubr. de Rescript. n. 25. Jal. in l. Invebus. n. 5. de Constit. Prin. cap. Et cùm pariant discordias, reprobantur à Sacris Canonibus c. Cum consuetudinis. De consuetud. c. Quod dilectio. in fin. de consanguin. & affin.*

His ad ornamentum Stola enucleatis, resolvendo primam partem quaesiti, *An Sacerdos communicandus extra Missam debeat Stola ad collum appensam habere?* Plures responderunt affirmative, & quidem sub pœna peccati mortalis. *Primò*, quia in c. Ecclesiastica, dist. 23. id præcipitur sub pœna excommunicationis. Sed excommunicatio non fertur, ubi non est peccatum mortale. *c. Nemo Episcoporum. c. Nullus Sacerdotum. 11. q. 3. Layman lib. 1. r. 5. par. 1. c. 5. n. 1. Ergo. Secundo*, quia peccat Diaconus cantando Evangelium sine Stola; & profertendo, sine illa, Verba Christi. Ergo eò magis Sacerdos recipiens sine Stola ipsum Verbum Divinum, nempe Corpus Christi. *Tertio*, quia Rituale Romanum id præcipit in Rubr. de ordine Ministran. Sacram. ibi: Sacerdotes verò cum Stola communicent. Sed Rubricæ Ritualis habent vim legis. *Gratian. Discept. forens. cap. 11. 7. Loter. lib. 1. q. 16. n. 123. & Sperell. qui DD. cumulat dec. 179. n. 23. Sed lex Ecclesiastica obligat ad culpam mortalem S. Thom. 2. 2. q. 104. art. 6. q. 105. art. 1. q. 147. art. 3. Baldell. de legib. lib. 5. disp. 19. & disp. 20. Ergo. Et ibi videntur tenere, & sentire Naldus in Summa Verb. Sacerdos. n. 6. Jordan. lib. 3. tit. 3. n. 83. & Possévin. de Offic. Curati cap. 8. num. 23.*

Nihilominus communis Sententia Doctorum est negativa. *Primò*, quia c. Ecclesiastica dist. 23. velloquitur tantum de celebratione Missæ sine Stola; ut ait Silvester Verb. Sacerdos, q. 4. *Secundo*, vel quia non potuit infligere pœnam excommunicationis in tota Ecclesia, cùm fuerit conditus ille Canon à solis octo Episcopis, abique Summi Pontificis licentia congregatis. *Macer in Hierolex. Verb. Stola. Tertio*, vel quia quo ad culpam, & pœnam prædictus Canon non fuit acceptatus, vel contra consuetudinem abrogatus. Ita Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 28. q. 12. Diana part. 2. traçt. 14. resol. 20. quæ in Coordinato requiescit tom. 2. traçt. 2. resol. 43. Bonacina tom. 1. disp. 4. q. 6. punct. 2. n. 2. Reginald. lib. 29. n. 112. Grassus part. 1. lib. 2. c. 41. n. 2. *Quartus* in Rubr. Miss. par. 2. tit. 10. §. 3. dub. 3. diff. 5. Tamburin. de Exped. communi. c. 2. n. 10. Collegium Salmantic. De Sacram. in genere, traçt. 4. cap. 7. n. 56. Emin. Card. de Lugo de Euchar. disp. 20. n. 98. Barbofa de Parochia cap. 20. n. 26. Biffus in Hierurg. tom. 2. Verb. Stola, n. 191. §. 7. ubi alios allegat, & Gobat. in Exposit. Theolog. traçt. 4. n. 47. Nec urgere videntur alie duæ rationes contrariæ; non illa de Diacono, quia est disparitas inter officium ejus solemne in Missa, & inter privatam Communionem Sacerdotis extra Missam. *Quò* verò ad Rituale Romanum non videtur obligare ad mortale, vel quia agitur de re parva, vel quia non est usu receptum in hac parte.

Hæc verò ultima responsio veritati non ardet, siquidem omnes Sacerdotes timorati adhibent Stola, dum extra Missam sive fani, sive infirmi Sacram Communionem recipiunt, ut per cursum annorum quinquaginta semper ego vidi, & observavi in hac Civitate; & idcirco est usu receptum Rituale Romanum, quod autem agatur de re parva, non videtur subsistere; eùm tanta sit distantia, & Præcepta in Sacris Conciliis de excellentia Stola, & Orarii spectantis ad habitum, & dignitatem Sacerdotis. Forfan excusabitur omisso Stola in hoc casu, quia Paulus V. in Bulla approbante Rituali prædictum, non

jubet

DECISIONIS XXXI.

Ad Julii Quæsitum primum.

ARGUMENTUM.

Indagatur quomodo in EUCHARISTIA accidentia remaneant sine subiecto? Adducuntur rationes Theologicæ; & datur similitudo Fulminis defruentis gladium, remanente intacta vagina; & vacuantis vinum, intacto subsistente dolio; & absorbentis substantiam Ovi, sine offensione putaminis. Additur exemplum teñi Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Vallicella de Urbe, suspenso in aere tempore Sancti Philippi Nerii.

SUMMARIUM.

- 1 Accidentia in Eucharistia alia sunt sensibilia in se, alia in effectibus.
- 2 Accidentia in Eucharistia stant sine subiecto substantiali miraculo, & num. 3.
- 3 Accidentia neque aeri, neque Corpori, aut Sanguini Christi inessunt in Eucharistia.
- 4 Accidentia an in Eucharistia habeant subiectum accidentale.
- 5 Accidentia in Eucharistia sustentantur à quantitate.
- 6 Quantitatis accidentis stat in Eucharistia sine aliquo subiecto. Et quomodo.
- 7 Fulminis exempla pro demonstranda existentia accidentium in Eucharistia sine subiecto.
- 8 Fulmen destruit vinum, & non dolium. Nummos, non autem sacculum; Gladium, & non vaginam. Ovum absque putamine.
- 9 Miraculum trabis in aere stantis in Ecclesia S. Mariæ Vallicellæ tempore S. Philippi Nerii.

QUÆSITUM PRIMUM.

Quomodo in Eucharistia remaneant accidentia sine subiecto.

**D**ixere: Primò; accidentia panis, & vini alia esse sensibilia in se, ut sunt quantitas, figura, color, sapor, odor. Alia verò esse sensibilia tantum in suis effectibus, ut virtus calefaciendi, & inebriandi; nam constat experientia, & solas species sacramentales inebriare posse, si in magna quantitate bibantur, ut notat Matrisius in 4. Sent. disp. 3. n. 360. *Secundo*: Prædicta omnia accidentia post consecrationem remanere sine subiecto substantiali, quia nihil substantialis panis, & vini remanet, cui possint inherere, cùm tota panis, & vini substantia sit transfusa in Carnem, & Sanguinem Christi; cap. Firmiter. De Summ. Trin. & fid. Cathol. Concil. Constant. sess. 8. ubi damnat hæresim Wiclei dicentis, *Accidentia panis non manere sine subiecto in Eucharistia Sacramento.* Item Concil. Florent. & Concil. Trid. sess. 13. de *Sacrosancto Euchar. Sacram.* cap. 4. & can. 2. Corpori autem Christi, aut ejus Sanguini præsertim accidentia non inessunt, ut si des docet, aliquum Corpus Christi esse album, rotundum, liquidum, fixile, atque adeo passibile. Neque etiam inessunt aeri; ergo statim miraculo sine subiecto substantiali, ut docent omnes Theologi. S. Thomas 3. part. q. 77. art. 1. Scotus in 4. dist. 12. q. 1. & 2. Eminen. Card. de Lauræ De Euchar. disp. 23. art. 1. & Gonet. tom. 5. De Euchar. disp. 6. art. 1. *Tertio*, cumque omnes Catholici concorditer id sentiant, non ita conveniunt de subiecto accidentali; An scilicet ipsum excludatur quoad omnia accidentia, ita ut omnia æqualiter existant, nisi subiecto nec substantiali, nec accidentali inveniundo; vel potius in tota collectione accidentium sit

33 jubet ejus executionem, sed hortatur: at regula est in iure, quod verbum *Hortatur*, ubi agitur de re gravi, qualis est Sacrorum Rituum pariformis in Ecclesia observatio, habeat vim præcepti. *Fagnan. in cap. Qualiter. n. 38. De Cleric. non residen. Vel non erit grave peccatum ex multitudine Doctorum ita asserentium. Sed hoc non concedit P. Thyrsus Gonzalez de Reo Usa Opin. probabil. Dissert. 13. p. 14. ubi piè, & crudite probat non sufficere multitudinem Auditorum tamquam oves, & avertens tentatium alterius sequentium, sed vel vim rationis, vel auctoritatem legis esse attendendam.*

Quare existimus concludendum in casu proposito; teneri Sacerdotem Stola induere, alias peccare, nisi grave incommodum, vel totalis oblivio, aut Stola deficiente, talem omissionem excuset. Hæc de prima parte propositi Casus.

Secunda verò pars casus quaerit, *An feria quinta in Cena Domini omnes Ecclesiastici de præcepto teneantur intra Missarum Solemnium communicare?* Et respondendum est affirmative, quia extat *Can. in Cap. in Cena Domini 17. de Consecr. dist. 2.* in quo Soter Papa præcipit, ut omnes fideles Sacram Communionem recipiant in ipsa Feria V. Cænarum Domini; & multo magis illi de Clero, ut perpetuis temporibus sicut observatum in Ecclesia; quod probatur tum ex ordine Romano sub tit. de *Cæna Domini*; ubi: *Fratris autem oblatis communicent Presbyteri primò, postea Diaconi, & ceteri omnes, tum ex Alcuino, qui floruit anno 780. Scribente in lib. de Divinis offic. cap. De Cæna Domini: Dicit cantatur Antiphona ad Communionem intrinsecum Clerum, & omnem populum communicare; tum etiam ex præxi omnium Ecclesiarum Collegiarum, & Monasteriorum, aliorumque Regularium, qui hanc servant laudabilem consuetudinem, recipiendi (dicit Sacra die Cæna Domini) Eucharistiam à Sacerdote, vel Prælato solemniter celebrante, in memoriam Communionis acceptæ per Apostolos de manu Christi Domini. Et ideo hanc consuetudinem habere vim legis, & obligare scripserunt Francolin. de Horis Canon. part. 1. cap. 30. num. 4. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 24. Quæst. quinto.*

Eidem suffragatur id, quod est statutum in Regula S. Benedicti Abbatis in cap. 38. n. 4. his verbis: *Cum autem Sacerdotes, qui propter infirmitatem, aut in die Dominicæ Cænae, aut ex aliqua causa non celebrant, communicare contigerit, iuxta Decretum Sanctorum Patrum, Stola semper super humeros habeant.* Tandem, quia hoc præcepit, & servari mandavit Sacra Rituum Congregatio die 27. Septembr. 1608. ut legitur apud Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 8. apud Bauldry in Manuale Sacram. Germen. part. 4. c. 9. art. 2. n. 9. & apud Macrum in Hierolex. Verb. Feria V. in *Cæna Domini*. Idcirco in memoriam tanti Mysteriorum omnes Deo, ipsique Sacerdotes dicto die à celebrante recipere debent Sacram Communionem. Duo autem genera Ecclesiasticorum videntur excipiendi. *Unum* est eorum, qui nullum beneficium habent, & nulli Ecclesiæ sunt addicti; hi enim non censentur obligati ad hoc præceptum; sed ad illud de Communicando, vel celebrando in Pascha juxta *c. Omnis Utriusque Sexus. De Penit. & Remiss. in 6. quod ex D. Bonavent. in 4. dist. 11. art. 2. q. 2. tenet Diana part. 2. traçt. 14. resol. 19. collocata in Coordinato tom. 2. traçt. 1. res. 58.* Alterum est illorum Sacerdotum, qui die prædicta Cæna Domini privatam Missam celebrant in aliquo Otratorio, vel Capella juxta locorum, & Ecclesiarum consuetudinem; quam licitam esse ait Emin. Card. de Lugo De Euchar. disp. 20. n. 14. cum Suarezio disp. 8. sess. 2. & 37 alijs relatis per Dianam part. 1. traçt. 5. resol. 32. sedente in Coordinato tom. 2. traçt. 1. resol. 73.

De Sacramento Eucharistia.

F

all-

aliquod ex ipsis, quod nulli alteri inhæreat; sed cætera omnia inhæcant ipsi tamquam immediato? Si quidem, omnia accidentia æquæ remanere sine ullo subiecto tam substantiali, quam accidentali docent plures Theologi, quos citat Maffius in 4. d. disp. 3. num. 361. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 23. art. 2. num. 42. Porro opposita sententia communis est inter scholasticos, docentes, solam quantitatem, præcipuum accidens in hoc Sacramento, esse sine subiecto: reliqua verò accidentia recipi, & sustentari in quantitate, tamquam in proximo, & immediato subiecto, uti recipiebantur antea, quando simul cum quantitate inhærebant substantiæ: idèdque asserunt, nullam fieri mutationem in reliquis accidentibus, sed in sola quantitate; nam sola quantitas remanent separata à proprio subiecto, reliqua verò manent, ut antea, totaliter, ac sufficienter sustentata à quantitate; quia quantitas est subiectum immediatum aliorum accidentium, per quod substantiæ inhærent, tamquam subiecto ultimato, ut latè S. Thom. 3. part. q. 77. art. 2. Scotus in 4. disp. 12. q. 2. D. Bonavent. ibid. art. 1. q. 2. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 33. de Euchar. art. 2. Gonet. d. disp. 6. art. 2. & Maffius d. disp. 2. Physic. q. 3. art. 2. ubi de hoc ratiocinantur, & philosophicis etiam argumentis opinionem prædictam confirmant. Quæritur, quamvis, ut dictum est, concorditer doceant omnes Scholastici quantitatem subsistere in Eucharistia sine subiecto, sunt tamen discordes in assignando modo ita de per se subsistendi: alii enim volunt, esse necessarium novum perfectitatis modum, ut accidens separatim possit subsistere: alii opinantur, absque alio novo modo accidens ipsum sustentari à Deo, sed per novam actionem; alii autem novum modo, & absque nova actione; alii tandem per novum modum, & per novam actionem: sed quia hæc merè speculativa sunt, & parùm deserviant Parochis ad instructionem plebium; idèd relinquuntur videntia à studiosis apud eisdem Gonet, Maffius, & Card. de Lauræa, ac alios per eos allegatos. Et apud Lesium in Opere Posthum. in 3. part. D. Thom. q. 77. art. 2. dub. 2.

**Quinto:** sed quia, è contra valdè proficere potest Parochus in intrudendo populo circa fidem prædictæ Conclusionis, quod accidentia panis, & vini remanent in Eucharistia sine subiecto, dum substantia mutatur sine alteratione accidentium; si exempla fulminis proponat, à quo solet vinum consumi intacto remanente dolio; argentum, & æs destrui, faculis illæsis, gladioque liquefacti, manentibus vaginis; idèd non me piget, hic referre verba antiquorum Auctorum de præmissis testimoniis facientia.

Plinius lib. 2. Histor. Natur. cap. 51. ait: Tertiium genus fulminis, quod clarum vocant (de quo c. præced. §. 1.) mirifice natura esse, ut quo dolia exbau-riuntur intactis operimentis, nulloque alio vestigio relicto. Aurum, & æs, & argentum liquatur intus, faculis ipsi nullo modo ambusti; ac ne confuso quidem signo cera. Marcia Princeps Romanorum ita gravida, partu examinato, ipsa citra ullum aliud incommodum vixit. De primo videri etiam potest Lucret. lib. 6. & de Secundo Plutarcus lib. 4. Sympof. q. 2.

Seneca verò lib. 2. Natur. Quæst. cap. 31. ita scribit: Cæterùm mira fulminis, si intueri velis, opera sunt, nec quicquam dubii relinquuntia, quin divina infir illis, & subtilis potentia, oculis integer, ac illæsis fundatur argenti. Manente vagina, gladius liquefit. Et irviolato ligno, circa pila ferrum omne distillat. Ad quod Seneca caput notafaciens Muretus ita adjungit: Mihi hoc contigit, ut paucis mensibus antequam Hypolithus Cardinalis Ferrariensis, qui ita de me meritis est, ut perpetuo animæ ipsius bene precari debeam, ex hac vira discederet, fulmen in Palatium ipsius decidens, ad mea usque cubicula pervenerit. Ibi gladii, qui ad latus

unius è famulis meis pendebat, mucronem ipsum ita colloquefecit, ut in globulum converteretur, vagina prorsus illæsa.

Plutarchus pariter lib. 4. Sympof. seu Convival. Quæst. q. 2. ex Hermanni Cuserii interpretatione, sic loquentem introducit Dorotheum Oratorem. *Mibi certè constat, fulmen in domum apud nos delapsum multa miracula edidisse Vinum ex dolis exbau-ri vasè illoso: hominemque somno fratum transfu-ans, neque illum offendit, neque vestem attingit; sed ejus cinctum, in quo succinerat nummus æreus, liquefecit, & fudit totum.* Et paulò post Psycidularum argenteorum, que ligneis incluse capsulis erant, argentum quidem colligatum, & constat fuisse, lignum prædictum P. Scotus in Physica Curiosa tom. 2. lib. 11. §. 2. 3. & 4. ubi rationes examinat horum mirabiliū effectuum; idemque facit P. Silvest. Maurus in Commentar. Aristot. Meteorologic. 3. cap. 1. art. 2. ubi Philosophus ita ait in textu num. 7. Quapropter, & resistentia quidem patiuntur aliqua, que autem non, nihil; ut clipei jam erantemur quidem liquefactum fuit, lignum autem nihil passum fuit. Agit pariter de effectibus fulminis P. Nicol. Arnù in sua Philosoph. tom. 5. De Meteoris qu. 7. art. 2. ubi sub num. 9. subdit: Quindò experientia didicimus, quòd ovum consumat illoso putamine: vase intado dolium exanimat. Et concordat Collegium Complut. tom. 2. trad. 2. de Meteoris disp. 3. q. 3. §. 4.

igitur, si Deus hæc facultatem tribuit fulmini, ut destruat vinum, non autem dolium; ut liquefaciat aurum, & argentum, non combustis faculis, in quibus includebatur; at manente vagina gladium absumat; ut substantiam ovi devoret, illæso putamine; quod quidem fulmen in Scriptura Sacra vocatur, Vox Dei. Et *Altissimus dedit vocem suam grandis, & carbones ignis. Et misit sagittas suas, & dissipavit eos; fulgura multiplicavit, & concubavit eos.* Ps. 17. 14. Et vox Domini intercedens flammam ignis. Ps. 28. 7. Cur non poterit operari per verba Consecrationis Eucharistiæ, ut destructa interiori substantia panis, & vini, remaneant sine subiecto exteriora accidentia, distans dolii, facculi, vaginæ, capsulæ, & corticis, sub quibus, & à quibus tegebatur vinum, aurum, æs, argentum, gladius, vitellus, alumen? Non inciamur, hæc esse materialia quedam prædictarum substantiarum indumenta, & diviabilia; sed vis in eo consistit, quòd Dei voce, scilicet fulmine, destruitur substantia, remanentibus tegumentis illæsis, quibus figurantur accidentia panis, & vini permanentia absque subiecto, destructa ejusdem panis, & vini entitate per verba consecrationis à Sacerdote prolata.

Non inelegans similitudo est miraculum illud relatum in Vita Sancti Philippi Nerii à Petr. Jacobo Bacci lib. 2. cap. 2. num. 6. his verbis: *In quæi principi, ebe si edificava la Chiesa, mentre cresceva la fabbrica, occorre, che essendo soprastante di quella la sopranoominato Gio: Antonio Luceti, ed avendo fatto lasciare un pezzo di tetto sopra un luogo della Chiesa vecchia, dove stava l' Immagine d' una Madonna antica molto divota; la quale è quella istessa, ed oggi sta nell' Altare maggiore, per potere sotto quello celebrare la Messa, & tenervi il SS. Sacramento, fu una mattina fatto chiamare in fretta dal Santo Padre, il quale gli comandò, che facesse quanto prima disfare quel tetto; perché quella notte avea veduto, che stava per cadere, & la Vergine Gloriosa non l' avvisa con le proprie mani sostenuto.* Anò subito Giovan-Antonio edò muratori per far l' ubbidienza; & trovarono, ebe il trave principale era uscito fuori del muro, & si reggeva in aria: sicchè tutti, quando videro tal cosa, gridarono: *Miracolo, Miracolo.* Tecti illius tigna inhærebant

Epi-

Epistyllo, tamquam in subiecto; ipsum autem Epistylum, & eo mediante, omnes trabes tecti ejusdem insidebant muro; sicut accidentia panis, & vini inhærent quantitati, & per eam ejusdem panis, & vini substantiæ. Itaque, Desipara intercedente, ac patrocinante, fecit Deus, ut Epistylum subsisteret absque subiecto extra murum, necnon omnia tigna tecti, quæ in Epistyllo subsistebantur; ut credere non sit nobis difficile, accidentia Eucharistica panis, & vini consecrati subjectari in quantitate, hanc autem conservari, per Divinam potentiam, absque subiecto, separatam à substantia panis, & vini.

limum in aliud diversum compositum, quòd dicitur mixtum, de qua Arist. 2. de Gener. Aliam verò improprie dictam, quæ fit, cum aliqua miscetur ad invicem secundum minutissimas partes, per earum juxta positionem, manentium tamen in suo ejusdem substantiali; sine corruptione earumdem, quæ quidem partes adinvicem uniuntur per continuationem; & talis est mixtio proposta in quæstio; ut notat Maffius in 4. d. disp. 3. q. 16. n. 388. Secundum notandum est. Species consecratas non amittere consecrationem, Christumque non desinere esse sub his, nisi ipsæ perveniant ad eum corruptionis gradum; in quo non essent aptæ continere substantiam panis, & vini, si consecratio non præcessisset; quòd advertunt omnes Theologi, & in puncto Gonet. tom. 5. de Euchar. disp. 5. art. 5. & Emin. Card. de Lugo cod. trad. disp. 10. n. 36. Hinc quando Theodorus Papa, subscripturus sententiam excommunicationis contra Pyrrhum Patriarcham Monotelitam hæreticum, miscuit in atramento Sanguinem consecratum Domini Nostri Jesu Christi, ut notat Emin. Card. Baronius an. 648. n. 15. (si tamen factum illud verum fuit, de quo dubitat P. Ant. Foresti in Mappanum Histor. tom. 3. in vita Pape Theodori n. 2.) desit esse Sanguis consecratus in atramento, amissa omnino specie Vini consecrati. Tertium notandum est, S. Thom. 3. part. q. 77. art. 8. tenere definitionem Eucharistiæ, si miscetur cum speciebus consecratis alius liquor; ea ratione, quia per divisionem, & interpositionem partium, corrumpitur vinum consecratum, non quò ad speciem, sed quò ad individuum, ita quòd ex vino consecrato, & ex vino non consecrato fit aliud tertium vinum, numero diversum à primo. Sed hanc doctrinam Angelici Doctoris recentiores Theologi non sequuntur, opinantes per commixtionem prædictam non corrumpi Species consecratas, sed manere, eisdem numero in sua entitate, etsi separatim in plures particulas, ut scribit Emin. Card. de Lugo d. disp. 10. n. 44. Valentia de Euchar. disp. 6. quæst. 5. punct. 3. Lessius cod. trad. disp. 77. art. 8. n. 16. & Maffius d. disp. 3. num. 389.

His prænotatis pro resolutione Quæstio, distinguendi sunt infrascripti quinque Casus.

Primus Casus est: *Si Speciebus Vini consecratis miscetur Aqua in modica quantitate? Et in hoc casu, (ut dictum est supra in secundo quæstio Mensis Martii, ) illa aqua nihil officit Speciebus Sacramentalibus, neque destruit Sacramentum Sanguinis Domini non solum in toto, sed neque in minima parte; ipsa verò aqua convertitur in Vinum, vel ob virtutem, quam habent Species Sacramentales agendi, sicut si essent cum substantia vini, vel ob potentiam Divinam, quæ vult supplere defectum naturæ, ut occultetur miraculum Sacramenti. Ita et Theologis Lessius de Euchar. quæst. 77. art. 8. num. 15. Maffius in 4. d. disp. 3. num. 393. & ex Canonistis Joan. Andreas in cap. Cum Martiæ 6. num. 15. De Celebrat. Missar.*

Secundus Casus est: *Si Speciebus consecratis in Calice miscetur Aqua in magna quantitate? In hoc casu, cum aqua super insula fit in quantitate excessiva; ita ut reddat inhábiles Species vini consecrati ad conservandam vini substantiam, si ibi adesset, & corrumpat omnino accidentia earumdem Specierum, proculdubio cessabit Sacramentum, & erit desitio Sanguinis Domini ex doctrina S. Thomæ 3. part. quæst. 77. art. 8. Card. de Lugo, & Gonet. citator. suprà in 2. notando; & admittit Maffius d. disp. 3. num. 192. nec non Emin. Card. de Lauræa de Euchar. disp. 23. num. 194.*

Tertius Casus est: *Si addatur Speciebus Sacramentalibus vinum ejusdem qualitatis in minori quantitate, quam sint Species ipsæ consecratæ? In hoc casu opinio S. Thomæ est, citat. quæst. 77. art. 8. quòd destruat Eucharistia in ea parte, in qua vinum addi-*

DECISIONIS XXXII.

Ad Julii Quæstum secundum.

ARGUMENTUM.

Inquiritur, an in Calice consecrato remaneat Sacramentum, si in eo alius liquor miscetur? Theodorus Papa injecit Sanguinem consecratum in atramentarium, ut scriberet sententiam excommunicationis contra Pyrrhum Patriarcham hæreticum. Doctrina Sancti Thomæ de definitione Eucharistiæ ob mixtionem alterius liquoris. Quæstio resolvitur per distinctionem quinque casuum.

ARGUMENTUM.

- 1 Mixtio liquorum est duplex. Propria, & Impropria.
- 2 Species Eucharisticæ consecrate quando perdunt consecrationem.
- 3 Theodorus Papa an injecerit Sanguinem consecratum in atramentarium pro scribenda sententia excommunicationis contra Pyrrhum Patriarcham hæreticum?
- 4 Theodorus doctrinam de definitione Eucharistiæ ob mixtionem alterius liquoris plures Theologi non sequuntur.
- 5 Aqua modica si miscetur Sanguini consecrato, nihil ei officit, & ipsa convertitur in vinum.
- 6 Aqua in magna quantitate addita Sanguini consecrato destruit Sacramentum.
- 7 Vinum additum in minori quantitate Sanguini consecrato, destruit partem aliquam Sacramenti secundum Thomistas: nullam verò secundum Scotistas.
- 8 Vinum infusum Sanguini consecrato in majori, vel equali quantitate, destruit totum Sacramentum secundum aliquos DD. at non destruit secundum alios.
- 9 Vinum potentioris qualitatis, & majoris quantitatis additum Sanguini consecrato destruit Sacramentum secundum doctrinam S. Thomæ. Non destruit secundum Card. de Lugo, & Maffius num. 10.
- 10 Accidentia Sanguinis Domini consecrati mutari possunt vel substantialiter, vel accidentaliter tantum.
- 11 Vinum addebatur Sanguini consecrato, dum antiquius laici communicabantur sub utraque specie.

QUÆSITUM SECUNDUM.

An definat esse Eucharistia in Calice, si Speciebus consecratis aliquis alius liquor miscetur.

**P**RO intelligentia hujus difficillimi quæstio tria sunt præmitenda, atque notanda. Primum, duas esse mixtionis species, Unam propriè dictam, quæ est mutatio substantialis, & conversio miscibi-

De Sacramento Eucharistia.

F 2

additum pervadit ipsas Species consecratis; in reliqua vero parte conservari Sacramentum, ob rationem supra allatam, quod scilicet Vinum superadditum immutat in ea parte species consecratis, & ex illis, ac seipso simul mixtis, fit aliquid tertium diversum numero à duobus prioribus. Contrarium tamen tenent, & docent Scotistæ, ac ferè omnes recentiores Theologi, Suar., Vasq., Coninch. Cardin. de Lugo, Aversa, Meratius, Caspensis, & ex antiquis S. Bonaventura, Alensis, Ricard. Durand. & alii, quos sequitur Maltrosius d. disp. 3. n. 389. ubi redditur rationem, propter quam Eucharistia remanet intacta in ipsis Species Sacramentalibus, videlicet, quia Vinum superadditum non corrumpit, neque mutat aliquam partem eorundem Specierum, sed juxta eas se ponit, tamquam quid homogeneum sine illarum destructione, vel substantiali alteratione. Et hoc decidere videtur Innoc. III. in cit. cap. Cum Marthe. q. Quæstio. De Celebr. Miss. ibi: Si post Calicis consecrationem aliud vinum mittatur in Calicem, illud quidem non transiit in Sanguinem, nec Sanguini commiscetur; sed accidentibus prioris vini commixtum, Corpori, quod sub eis latet, undique circumfunditur, non madidans circumfusum.

Quartus casus est, Si isdem Species consecratis addatur Vinum ejusdem qualitatis, sed vel in æquali, vel in majori quantitate, quam sint eadem Species Sacramentalis? In hoc casu est opinio S. Thomæ destruitur Eucharistia, quia ex tali mixtione formatur unum tertium vinum, numero diversum; Uterius Species Sacramentalis ita dividuntur, & intersecantur à vino superaddito in æquali, majorive quantitate, ut vel omnino destruantur, vel fiant minores minimis, & reddantur insensibiles, in quo statu cessat Eucharistia, quæ est Sacramentum sensibile, ut disputando dicit Emin. Card. de Laurea d. disp. 23. de Euchar. num. 195. Ceterum contrarium tenet Suar. disp. 57. sct. 4. concl. 3. Emin. Card. de Lugo d. disp. 10. n. 42. & Lessius d. quest. 77. art. 8. n. 16. quibus adheret Maltrosius d. disp. 3. n. 390. ubi respondet rationibus contrariis; negando ex mixtione prædicta formari tertium quid Vinum numero diversum; nam species Sacramentalis, & vinum additum non mutantur secundum entitatem propriam, & unitatem numeralem intrinsecam; sed mutantur solum secundum determinationem, & continuationem quantitativam, & sic semper manent in propria entitate. Ad aliam vero rationem de diminutione tali, ut Species consecratae reddantur insensibiles, respondet, negando deveniri posse ad tantam diminutionem, quia in homogeneis forma naturalis non determinat sibi certam quantitatem ab intrinseco, sed sub quacumque minima quantitate, quantum est ex se, servari potest: Sed est partes Specierum consecrarum per interfectionem cum partibus vini infusi, fiant minores minimis, non ideo destruantur, sed per actionem cum illis conservantur; non enim existunt per se, sed insistentur aliis, & ita conservantur; & licet insensibiles forent, si ipsæ partes minores minimis per se existerent; tamen redduntur sensibiles ex conjunctione cum aliis; ut latius probat idem Maltrosius eod. disp. 3. quest. 5. num. 130. & Lessius d. quest. 77. art. 8. n. 16.

Quintus tandem Casus figurari potest, Si in Species vini consecrati infundatur major quantitas vini, non ejusdem qualitatis, sed potentioris, & majoris virtutis, ex gr. si fuerit consecratum vinum Paduanum, sicut debile, ac tenue, & ei addatur in majori quantitate Vinum Vicentinum, Creticum, vel Hispanum, cujus virtus est fortior, potentior, & activior? In hoc casu videretur amplectenda opinio Angelici Doctoris in cit. q. 77. art. 8. tenentis cessare Sacramentum, ob destructionem specierum Sacramentalium, quarum substantia, si adesset, à vi-

no Vicentino, Cretico, seu Hispano, per potentiorum suam aditivitatem fuisset corrupta, & absorpta in se, ac suam entitatem. Ex qua mutatione formaretur liquor diversus non solum numero, sed etiam specie, & introduceretur nova forma substantialis in aliam materiam, sub qua non esset amplius Sanguis Christi. Nihilominus contrarium respondet huic Casui Emin. Card. de Lugo de Euchar. cit. disp. 10. n. 44. his verbis: *Dicendum videtur per mixtionem specierum cum alio vino, siue specie, siue numero diverso, siue potentiori, siue debiliori, consecrationem non periri. Et quidem si verum est id, quod diximus supra disp. 4. sct. 3. Vinum extra uiam non habere virtutem ad producendum aliud vinum; sed illud debere produci à virtute nutritiva uve; sicut sanguis non potest produci, nisi à virtute animalis, quæ reficit in secore, vel alibi; consequens erit, quod quantumvis misceantur species cum vino potentiori, & diversæ species, non fiet generatio substantialis nove partis vini, cum non adit potentia nutritiva uve, quæ sola potest ex alimento, & succo per venulas attrahit, generare verum mustum, & vinum. Potest confirmari opinio Emin. Lagonis per aliam rationem positam à Maltrosio d. disp. 3. quest. 16. n. 392. his verbis: *Quod si liquor superinfusus Species consecratis vini sit ejusdem speciei cum ipso, tunc non corrumpitur Species Sacramentalis vini, sed manent eadem, & Christus manet sub Species consecratis, non autem sub aliis partibus superadditis, ut dicebat Doctor (Scotus) loco jam cit. dist. 12. quest. 4. q. Ad questionem; & Ratio est, quia unum simile non corrumpit aliud simile; eum omne agens intendat generare sibi simile; ac proinde quando simile inveniunt, illud corrumpere non potest.**

Neque obstat, quod facta mixtione, de qua in casu, mutantur accidentia specierum consecrarum, idest sapor, odor, calor, ut experientia cognosci potest; Nam adhuc respondetur, mutationem illam esse accidentaliter tantum, non substantialiter; & ideo non definit esse ibi Sanguis Dominicus per talem mutationem, quia non desinetur ibi esse substantia vini, et si debilioris, si prius non fuisset consecratum. Ita idem Maltrosius ibid. n. 390.

Tandem ad majorem comprobationem prædictorum observari possunt duo dicta satis admiranda. Unum, quod in Ordine Romano antiquo cap. 4. jubetur, species consecratis misceri cum alio vino, ut ex illo totus populus possit accipere, & sanctificari. Alterum, quod mos erat apud Cistercienses, & quosdam alios religiosos (antequam prohiberetur usus Calicis extra Missam) ut, ad augendam quantitatem Dominici Sanguinis, quo omnes participare possent, adderetur vinum purum, ad hoc ut communicantes omnes inde aliquid sumerent; quod non fuisse illicitum ait Jo. Andreas in cap. Ex parte 5. n. 3. & ibi Hostiens. de Celebrat. Missarum. Igitur, eo tempore supponebat Ecclesia, non desinere consecrationem Sanguinis per quamvis additionem, infusionem, & mixtionem alterius vini non consecrati, aliis non fuisset licita dicta mixtio, & fuisset data causa idolatrie communicantibus, sumentibus ex dicta mixtione Sanguinem Christi; quod etiam tangit Emin. Card. de Lugo d. disp. 10. sub n. 41.

**DECISIONIS XXXIII.**  
Ad Julii primum Casum.  
**A R G U M E N T U M.**  
Edisserit, An liceat Sacerdoti celebranti, communicare laicum cum parte Hostie sui Sacrificii? Referuntur non ignorandi Ritus antiqui circa Communionem laicorum.

SUM.

SUMMARIUM.

- 1 Sacerdos debet sumere totum Sacramentum ab eo oblatum.
- 2 Sacerdos celebrans potest cum parte sua Hostiam alium communicare.
- 3 Lex quod non dicit, neque nos dicere debemus.
- 4 Christus communicavit seipsum, deinde Apostolos.
- 5 Doctores tenent posse laicum communicari cum parte Hostie Sacerdotis.

PRIMUM CASUS.

Sacerdote celebrante, ingreditur Ecclesiam Vir nobilis, & petit Communionem sacram, ad quam sumendum ex devotione est preparatus, & dispositus. Non extant Hostie parvæ, neque consecrate, neque consecranda. Quaritur, an celebrans possit cum parte Hostie sue in illa Missa consecrata, eundem communicare?

Videlatur respondendum negativè. Primum ex cap. Relatum 11. & cap. Comperimus 12. de Consecrat. dist. 2. ubi præmissa indolentia contra Sacerdotes, qui abstinebant in Missa à sumptione, vel totius, vel partis Hostie immolatae, & consecrate, præcipitur eisdem decere totum Sacramentum oblatum semper sumere. Ergo non licebit laicis partem dare. Secundò ex Rubrica Missalis tit. de deficiendis in Minister. ipso occuren. cap. 10. n. 3. Vers. si Sacerdos. Ubi dicitur, quod si Sacerdos celebrans post consecrationem declinet in casum mortis suppletur sacrificium ab alio Sacerdote; à quo sumatur Sacramentum, & ejusdem partem præbet Sacerdoti infirmo, si aliat particula consecrata defuit. Ergo eadem casum mortis, id non licebit. Tertio, quia negativam opinionem tenent Gratius in decis. par. 1. lib. 2. cap. 28. n. 31. Zambran. cap. 3. dub. 6. num. 7. Zanard. in Director. Conf. ff. part. 1. de Sacram. Euch. cap. 9. q. 15.

Contrarium tamen est resolvendum; siquidem abscipulo poterit Sacerdos cum parte Hostie sure, in Missa consecrata, prædictum Virum nobilem ex devotione petentem, paratum, & dispositum communicare. Primum, quia nullus Canon, & nulla lex id prohibet. Quod autem lex non dicit, neque nos dicere debemus. c. Illa. Ne Sede Vacante. l. Dissentientis. C. de Repud. Barbof. Axion. 136. num. 7.

Secundò, quia Salvatore noster, dum Sacramentum Eucharistie instituit, cum eo seipsum communicavit, ac etiam Apostolos, ut docet S. Thom. 3. part. q. 81. art. 1. Lessius, qui plurimos SS. Patres cumulat, de Euchar. q. 81. art. 2. & Menoch. in Vita Christi lib. 7. cap. 2. Tertio, quia in primitiva Ecclesia per multos annos tertia pars Hostie in Missa consecratae referabatur usque ad finem Missæ, utique pro laicis communicandis. cap. Triforme 22. de Consec. eadem dist. 2. Microlog. cap. 18. & S. Thom. 3. part. q. 83. art. 5. ad 8. Quarto, quia quando laicis dabatur Communio sub utraque specie, isdem porrigebatur sanguis in eadem Missa, & de eodem Calice, de quo biberat Sacerdos. Quintò, quia in nihilo derogatur integritati, seu reverentia Sacrificii, quod cum sit commune tum Sacerdoti celebranti cum fidelibus adstantibus, convenit de eodem in communione participare. Sextò, quia immò optat Sancta Mater Ecclesia, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistie perceptione communicent, ut ait Concil. Trident. sess. 22. de Sacrific. Missæ cap. 6. Septimò, quia ulterius dare partem Hostie in Missa consecratae, & oblatæ alicui de populo adstanti est id, quod antiquitus servabatur, teste Joan. Ciampino in Opus. De Sacramento Eucharistie.

de perpetuo Axion. Ufu cap. 7. num. 6. ubi ita scribit: *Fideles antiquarum traditionum haud ignari, nempe quod omnes sui majores de eodemmet Pane ab Apostolis benedicto participaverant, ipsi quoque omnes ejusdem Panis, quem Episcopus consecravit, participes fieri curabant, Octavo, quia id licitum esse profitentur sexdecim Doctores Theologi, & Canonistæ, quos citat, & sequitur Sancius in Selectis dist. 22. n. 21. Quibus ego addo Macrum in Hierol. Verb. Hostia col. ult. Marcant. in Horto Pastor. de Resol. Pastoral. circa Eucharist. cap. 3. in fin. Tambur. de Expedit. Commun. cap. 6. q. 6. Gavanti, in Rubr. Missal. part. 3. tit. 10. n. 2. in fine. Quartum in eod. traç. part. 2. tit. 10. sct. 3. dub. 3. diffie. 4. Volpi Mor. rosol. 59. n. 6. Gobat in Theol. Experim. traç. 4. n. 420. Costetum in Praxi Sacr. Rit. traç. 2. part. 1. sct. 1. num. 100. Et pluribus aliis allegatis Dianam par. 10. traç. 11. resol. 60. quæ reperitur in opere Coordinato tom. 2. traç. 1. ref. 247. ubi plenè de hoc quaesito.*

Neque subsistunt motiva contraria. Non primum ex cap. Relatum, &c. Comperimus, de consecr. dist. 2. quia ibi Sacerdotes Sacrificantes abstinebant à consummatione Hostie oblatae, vel in toto, vel in parte ex indevotione, cum scandalo, & injuria Sacrificii. Non secundum ex Rubrica Missalis, quæ imò demonstrat, in defectu aliarum Specierum, posse dari communionem cum parte Hostie in Missa oblatae, & licet ibi pro iusta causa sit periculum mortis, etiam extra periculum sufficit devotio communicandi, incommodum expectandi, obligatio se citò expediendi, ut in dicta resolutione Diane n. 2. Non Tertium de citatorum ibi Dodorum auctoritate, quia nituntur supradictis textibus cap. Relatum, &c. cap. Comperimus, quos nec vidisse, nec legisse fateri oportet, cum id non dicant, quod ipsi auctores asserunt, ideoque nil officiant.

DECISIONIS XXXIV.

Ad Julii secundum Casum.

A R G U M E N T U M.

Docetur, quòd in Altari ponendum sit Ciborium pro aservanda Sanctissima EUCHARISTIA? Referuntur de hac Re Canonès, & Decreta dignissima scitu.

SUMMARIUM.

- 1 Ciborium habet plures significaciones.
- 2 Eucharistia olim servabatur in columbis argenteis, vel aureis.
- 3 Ciborium, idest Tabernaculum SS. Eucharistie in quo Altari tenendum?
- 4 Ciborium in Altari majori tenendum, nisi gravis causa excuset ab Episcopo approbanda.

SECUNDUM CASUS.

Queritur, quo in Altari Ciborium sit ponendum, pro Eucharistia Sanctissima servanda in Ecclesia.

Datum fuit: Ciborium, græcum Vocabulum Kibwvov, habet plures significaciones, de quibus Hierol. Macro in hac voce; sed inter Ecclesiasticos significare Tabernaculum, in quo conservatur Sacra Eucharistia, & de eodem meminit Anastas. in Leone III. teste eodem Macro d. Verb. Ciborium ubi subdit, Antiquorum usum fuisse conservare hoc venerabile Sacramentum in columbis argenteis, vel aureis super Altare pendens; ubi mos adhuc viget in nonnullis Gallie Ecclesiis, præsertim Parisiis,

F 3

1. isis, & censetur habuisse originem à Divo Basilio, in cuius vita Surinus t. 1. ait; Tertium verò (idest Hostiam consecratam particulam) in columba aurea pendente...

functiones Pontificales, quae sunt vestis vestibus ad Altare. In Parochialibus vero, & Regularium Ecclesiis debet esse in Altari majori regulariter, tamquam digniori...

DECISIONIS XXXV.

Ad Julii Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Agitur de instructione puerorum, qui noviter sunt admittendi ad Sacram Communionem. Tria demonstrantur, quae sunt in usu apud Parochos Diocesis Patavinæ circa eandem instructionem.

SUMMARIUM.

- 1. Parensis ad Parochos pro instructione puerorum noviter communicandorum.
2. P. Joannes Baptista Polacchus Sacerdos Congregationis Oratorii Paduae laudat.

CASUS PRUDENTIALIS.

Quae, & quot prudens Parochus docere debeat pueros, noviter admittendos ad Sacram Eucharistiam perceptionem?

Quoniam aliquot ab hinc annis, jussu Eminentiissimi, & Reverendissimi Domini mei Cardinalis Barbadii, Episcopi hujus Urbis Aeternae...

LETTERA PASTORALE

Per promuovere li Figliuoli alla Sacra Comunione.

Molto Rev. come Fratelli. Parvuli poterunt partem, & non erat, qui frangeret eis, dice la Sacra Scrittura, dolendosi della negligenza de' suoi antichi ministri...

3. Ceterum in quo Altari sit collocandum Ciborium, seu Tabernaculum, continens Sanctissimam Eucharistiam, jus commune non deciderit, sed tantummodo mandat, ut in loco singulari, mundo, & signato semper honorifice collocata, deo, & fideliter conservetur...

4. Hinc Sanctus Carolus Borromeus in sua prima Synodo Provinciali, Part. 2. tit. Quae pertinent ad Sacramentum Sanctae Eucharistiae, ita decrevit: Episcopus diligentissime curet, ut in Cathedrali, Collegiatis, Parochialibus, & aliis quibusvis Ecclesiis, ubi Sacramentum Eucharistiae custodiri solet, vel debet...

Concors autem est consuetudo in nostris regionibus, à qua videmus antiquitus dispositum, ut in Collegiatis Ecclesiis utriusque Cleri Secularis, & Regularis, ut plurimum, Tabernaculum, pro custodienda Sanctissima Eucharistia, sit collocatum non in Altari majori, ne impediatur quotidiana Divina officia...

propria in Chiesa, molte, e molte volte in tutto il corio della Quaresima, come si farete più edepiente, distinguendoli in uno, o più classi, conforme il minore, o maggiore numero, che faranno, gli rendiate instruiti, ed informati delle cose, che hanno a credere circa il Venerabile Sacramento dell'Altare...

6. Interrogarete Voi per modo di questo sopra gli fraterelli punti, che se ne andano ben capaci; per ammetterli poi in giorno della Santa Pasqua a ricevere il Corpo Sacratissimo del Signore con frutto, e profitto dell' anime loro...

7. Farete sapere à tutti i Parrocchiani, e popoli alla vostra cura soggetti questa nostra commissione, leggendola pubblicamente nel tempo della Messa, ed efficacemente esortandoli à mandare i figliuoli, e figliuole, che sono di età, e capacità sufficiente a ricevere la suddetta istruzione...

8. Dovete poi per l'Ottava di Pasqua consegnare à i Vicari nostri Foranei la nota di quante Anime averete comunicato da nuovo; e come pure di quelle, che fossero restate inconfesse, in conformità delle Constitutioni Sinodali...

Istruzione per la Santa Comunione.

Punti, che si hanno a credere.

1. Che l'Otia dell'Altare, prima che sia consecrata, non è altro, che un poco di pane, ma subito, che il Sacerdote ha proferto le parole della Consecrazione, si trova in quell'Otia il vero Corpo di Cristo Nostro Signore...

2. Che dopo le parole della Consecrazione l'Otia non è più pane, benchè abbia il colore, il sapore, l'odore, & gli altri accidenti del pane: ma è il vero Corpo del Signore; e ciò per virtù di Dio Onnipotente, il quale siccome ha creato di niente il Cielo, e la Terra, così fa, che il pane, e vino si converta nel Corpo, e nel Sangue del suo Santissimo Figliuolo...

De Sacramento Eucharistiae.

4. Che se bene questo gran Misterio, come l'altre opere mirabili di Dio, non è necessario intenderlo, ma basta crederlo, essendo certi, che Dio non ci può ingannare, pure si può dare la similitudine del cibo materiale, che ogni giorno mangiamo, il quale, siccome per virtù del calor naturale si converte nella nostra carne, e nel nostro Sangue; così per virtù di Dio l'Otia dell'Altare, ed il vino del Calice si converte nell'Otia, e Sangue del Signore, subito che il Sacerdote profertur le parole della consecrazione.

5. Che nell'Otia consecrata non solo vi è il corpo del Signore, ma insieme il Sangue: Siccome nel Calice non solo vi è il Sangue, ma anco il Corpo per via di concomitanza, cioè compagnia inseparabile...

6. Che il Corpo di Cristo Signore Nostro sia vivo, ed intero in ciascuna Otia consecrata, tanto grande, quanto piccola, anzi in qualsivoglia sua minima particella, e così non vi è differenza a comunicarsi con una particola grande, ovvero picciola, o altra particella di essa, per minima, che sia.

7. Che parimente il Corpo del Signore è intero in tutte le Particole, ed Otie consecrate; e ciò per virtù della sua Onnipotenza; e si può dare l'esempio della voce d'un Predicatore (come insegna Sant'Agostino) la quale se bene è una voce sola; e però tutta nello stesso tempo nell'orecchie di tutti gli ascoltanti.

8. Che quando si spezza, o divide l'Otia, non si spezza, né divide il Corpo del Signore, ma i soli accidenti del pane, o pure del vino consecrato, e così Cristo non si parte, né si divide, ma resta vivo, ed intero in ogni particella, come abbiamo detto di sopra.

9. Che nostro Signore Gesù Cristo ha voluto istituire questo mirabile Sacramento del suo Corpo, e Sangue sotto le specie del pane, e del vino, per dinotare il nutrimento spirituale, che fa nell'Anima, di chi lo riceve, coll'abbondanza della sua grazia, e perchè conoscissimo il suo grande amore verso di noi, avendo voluto non solo patire, e morire per noi la Croce, ma restare con noi nel Santissimo Sacramento; ed unirsi strettamente, ed intimamente coll'anime nostre mediante la Santa Comunione fatta per modo di cibo, e bevanda.

10. Che tutte queste verità sono di fede, e bisogna crederle, e venerarle, senza volerle investigare curiosamente; perchè Dio può fare più di quello, che noi possiamo intendere; e non farebbero grandi le cose di Dio, se il nostro intelletto le potesse comprendere. E questo è il merito della nostra Santa Fede, credere quello, che non vediamo per esserci rivelato da Dio, ed insegnato dalla Santa Chiesa Cattolica, ed Apostolica Romana. Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides, prater rerum ordinem.

Punti della preparazione alla Santa Comunione.

1. Che bisogna avanti la Comunione confessarsi di tutti i peccati mortali, e sarebbe un'orrendo sacrilegio il ricevere la Santa Comunione con la coscienza rea di uno, o più peccati mortali non confessati. Qui sarà bene avvertire il popolo della necessaria integrità della Confessione Sacramentale.

2. Che si deve essere digiuni in tutto, e per tutto, cioè che almeno da mezza notte in giù non si abbi preso niente, ne anco un poco di acqua: eccetto che se si dovesse Comunicare per viatico moribondo, nel qual caso la Santa Chiesa lo permette, ancorchè non fosse digiuno.

3. Che conviene accostarsi alla Sacra Mensa con divo...